TRACTATVS

DE FEVDI RE-COGNITIONE LAVRENTII SYLVANI IVRIS-CONSVLTI PATRICII CASALENſis de Monteferrato, in Patauino Gymnaſio Feudorum Interpretis: omnibus Legalis ſcientiæ ſtudioſis apprimè vtilis.

Acceſſerunt hac editione præter diligentem mendorum correctionem, Summaria cuilibet Quæſtioni præfixa. Vnà cum Indice verborum & rerum locupletiſsimo, opera R. A. K. Z.

COLONIAE AGRIPPINAE.

Apud Theodorum Baumium, ſub ſigno arboris.

ANNO M. D. LXXVIII.

Coll. Soc. Iesu Salm. ex dono Regis.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

ILLVSTRISSI-MO AC INVICTISSI-MO PRINCIPI, HERCVLI ESTENSI, DVCI FERRA-riæ, Laurentius Syluanus S. D.

ANIMADVERTI EGO FErè *Dux Illuſtriſsime, eos qui lucubrationes ſuas in lucem ædunt, ſolere commentarijs ſuis potentiſs. & tui ſimilium virorum nomina præfigere, idque meaquidem ſententia eo maxime nomine, vt illis plus gratiæ accedat: & autoritatis. Nam profecto & ſi nulla ratione digna fortaſſe ſunt illorũ ſcripta, quæ inter manus hominum verſentur: vel hac in pretio ſunt, quòd alicui principi viro ſint dicata. Ecquis enim cum ijs certare audeat, qui ſibi talia præſidia parauerunt? cum et ſi quid in eos veriſsimè dicant, iniuriam patrono faciant, cuius potentiam merito reformidat. Ego & ſi noſtra fortaſſe eiuſmodi ſunt, vt patrocinio egere videantur: tamen non eo conſilio tibi ſacranda duximus, quòd impudentiſsimum ſcilicet & ineptiſsimũ ſit, te tali præſtantia principem introducere*

LAVRENTII SYLVANI IVRISCON SVLTI PATRICII CASALENSIS DE MONTEFERRATO, IN PATAuino Gymnaſio Feudorum interpretis Tractatus valdè vtilis de Feudi recognitione.

AN IVRA INFERIVS ALLEGANDA IN HAC MATERIA SINT AVtentica, Et ſic an totus Liber Feudorũ ſit allegabilis ad deciſionem cauſarum.

SVMMARIA.

PRIMA QVAESTIO.

1 *Iura tria diuerſa inſerta feudis.*

2 *Ordo in omni re neceſſarius.*

3 *Pontifex an approbauerit Iura feudorum?*

4 *Curtius Auctoris præceptor.*

5 *Imperator an approbarit Iura feudorum.*
Feudorum iura qui ad titulos redegerint.

6 *Feudales controuerſiæ in Aula Imp. iuxta iura feudalia deciduntur, & nu. 18.*

7 *Sententia Principis de cõſilio Procerũ lata, priuilegij in corpore Iuris incluſi, vim habet.*

8 *Contractus Principum an vim legis habeãt. & nu. 20.*

9 *Princeps ſcienter quid faciens inualidum validare videtur.*